



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Respublica

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

RESIDENTIA.

37

niuersæ, vt supra dictū est. Ait verò Naua. dispensationem Episcopi cum Parocho, vt possit causa studij abesse per septem annos, non posse per Episcopum reuocari. Nunc autem Parochis non conceditur hæc licentia iuxta declarationem S. Cong. * *Nauar l.c.*

Ita *Nauar. 3 l.c.*

Trid: 3 sess. 23. cap. 1. de reformat. & sess. 6. ca. 6.

9 Qui non residet, tenetur per alium tot Missas dicere, ad quot residens tenebatur.

10 Capellanus potest per alium celebrare, etiamsi in fundatione sit vt celebret. *Ex Congr. Concil.*

11 Canonicus absens sine causa, tenetur restituere distributiones: nec alij possunt remittere: vt colligitur ex Conc. Trid. sess. 24. c. 12. de refor. & declarauit Congr. Conc.

12 Excusat in Collegiatis non insignibus à non residentia consuetudo immemorabilis, & redditus tenues, qui Canonicos alere non possunt. *Ex Congr. Conc.*

13 Obtinens Canonicatum, & Parochialem, in hac tenetur residere: & perdit distributiones, quando non seruit Canonicatui. *Ex ead.*

RESPUBLICA.

1 **P**ROhibita vniuersitate, non censentur prohibiti singuli, nec pactum inter Regem, & Communitatem obligat singulos Communitatis.

Z 5

2 Re-

2 Respublica potest pro bono communi rem vnius alteri dare. Vnde non facillè condemnanda statuta, quæ videntur iniqua aut vsuraria, vt benè monet Caietanus.

* Vide quæ de re simili scribit *Sylu. Vsur.* l. numer. 30.

3 Reip. imputatur quod facit Princeps, vnde ob huius peccatum interdum punitur.

4 Cuiusque professionis homines possunt sibi Rectorem facere.

Restitutio, vide Beneficium, Conductor, Debitum, Furtum.

1 **R**estituere tenetur, qui damnum non impedit, cum ex officio deberet, vt iudex, pater, tutor: nisi omittat ob periculum rerum suarum, quas debeat præferre alienis.

* De restitutione *Ioann. Med. Pet. Nau. Ludo. Carbo. vide Nau. c. 17. Salon q. 62. art. 2. à conuou. 1. Tho. Mercatum, V al. Bannes.*

* *Syl. Restitutio 3. nu. 5. Nauar. l. e. c. 21.*

Non autem, qui ex officio non tenetur, vide *Couar. p. 2. §. 3. num. 1. in reg. Peccatum, & ab esgitatos. Coronam p. 2. c. 5. nu. 11.*

Rerum } *P. N. lib. 3. c. Nau. c. 17. nu. 18. 21. 134. Couar. l. e. nu. 5.*

2 Tenetur, & Medicus, & Aduocatus, & Confessor, ex negligentia, quæ damnum dedit ijs, quorum causam agebant: Nam Confessor qui damnum dedit, ei, cui restituendum erat,

non